



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

242. De his qui matrimonio juncti sunt & nubere non possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

302 R E G I N O N I S L I B . II.  
aliis hominibus illum hominem occidisti , nec  
ut suam vitam aut membra perderet cum aliis  
consiliatus es , nec in ejus morte quicquam ha-  
bes factum unde merito aut pœnitentiam sus-  
cipias , aut vindictam suscipias , aut pretium  
aliquod persolvias. Sic te Deus adjuvet.

Juramentum de reconciliatione  
conjugatorum.

Burchard. lib.  
9. c. 81. C C X L . Ab isto die in antea istam tuam  
conjugem , nomine illam , quam injustè dimi-  
seras , ita tenebis sicut per rectum maritus  
tuam debet habere conjugem in dilectione &  
debita disciplina , nec eam per ullum malum  
ingenium separabis à te , nec ea vivente aliam  
accipies. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

Burchard. lib.  
9. c. 82. C C X L I . Amodo in antea istum tuum ma-  
ritum , quem injustè dimiseras , ita tenebis &  
amplexaberis , & ei in servitio , in amore , &  
in timore ita eris subiecta & obediens , sicut  
per rectum uxor debet subiecta esse marito ,  
nec unquam ab eo te separabis , nec illo viven-  
te alteri viro te sociabis in conjugio aut adul-  
terio. Sic te Deus adjuvet.

De his qui matrimonio juncti sunt & nubere  
non possunt. Ex epistola Rabani  
cap. XXIX.

Rhab. epist.  
ad Heribald.  
c. 29. C C X L I I . Quod autem interrogasti de  
Lib. 6. Capi-  
tular. c. 55. his qui matrimonio juncti sunt , & coire non  
Burchard. lib.  
9. c. 40. possunt , an ille aliam vel illa alium ducere pos-  
sit. Quibus scriptum est : *Vir & mulier si se*

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 303  
conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro  
quod non possit coire cum eo, si potest probare  
per justum judicium quod verum sit, accipiat  
alium.

De eadem re. *Ex Concilio ad Vermeriam  
temporibus Pippini Regis,  
cap. xvii.*

CCXLIII. Si qua mulier se proclamá- Concil. Ver-  
verit quod vir suus nunquam cum ea coisset, mer. c. 17.  
Burchard. lib.  
exeat inde ad crucem; & si verum fuerit, se 9. c. 41.  
parentur, & illa faciat quod vult.

De eadem re.

CCXLIV. Si quis accepit uxorem, & Concil. Com-  
habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina pend. c. 17.  
Burchard. lib.  
dicat quod non coisset cum ea, & ille vir dicit 9. c. 42.  
quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia  
vir caput est mulieris.

De eadem re. *Ex Concilio Triburensi.*

CCXLV. Si duxerit vir uxorem, & con- Concil. Tri-  
cumbere cum ea non valens, frater ejus clan- bur c. 41.  
culò eam vitiaverit, & gravidam reddiderit,  
separentur. Considerata autem imbecillitate,  
misericordia eis impertiatur ad conjugium,  
tantum in Domino.

De fornicatione diversarum personarum.  
*Ex Pénitentiali Romano, Theodori Epis-  
copi, & Bedæ Presbyteri.*

CCXLVI. Adolescens si cum virginе  
peccaverit, annum pœniteat.  
Si semel & fortuito casu, levigetur ei pœni-